tione, *de Cred. disc.* 129. *n.* 20. *in fin.*
Aliud est deducere ad effectum, ut debitor non possit carcerari, aliud verò ad effectum relinquendi congruam pro alimentis denegandam si potest debitor aliunde victum quærere, *de Credit. disc.* 118. *n.* 15. *disc.* 119. *n.* 7. *disc.* 120. *sub n.* 11.
Et quomodo sint hujusmodi alimenta taxanda, *de Cred. disc.* 120. *n.* 10. 11. & 12.
Aliàs ad illud admisso denegatur, *de Cred. disc.* 120. *n.* 8.
Pro debito administratorio, an clericus obtineat, *de Cred. disc.* 119. *n.* 10. & *seqq.*
Negativa procederet in administratione merè dolosa, *de Cred. disc.* 119. *n.* 15.
Vel administratione illicita, ac quando talis non sit, *ibid. n.* 17. & 18.
Vide de Cred. in Sum. ex n. 62. *Clerici quoad hoc Privilegium, & Debitor seu ead. tit.*

DEFALCUM.

De conventione, per quam conductor suscipiat in se casus, & illi renunciet, *de Regal. disc.* 175. *n.* 20.
Hoc pactum, an habeatur pro adjecto, *dict. disc.* 175. *n.* 21.
Ubi debetur ex pacto non attenditur, an sit intollerabile, sed sufficit tale, quale, *de Regal. disc.* 64. *n.* 2. *disc.* 65. *n.* 15. *disc.* 134. *n.* 6. *disc.* 175. *n.* 22. *de Legat. disc.* 1. *n.* 5. *disc.* 2. *n.* 3.
Et censetur appaltatorem noluisse conducere tempus accidentale, sed gerere partes administratoris, *d. disc.* 64. *n.* 3. *disc.* 65. *nu.* 19. *de Locat. disc.* 1. *n.* 9. *disc.* 2. *n.* 3.
De pacti pacti operatione, & virtute, *d. disc.* 65. *n.* 14. *de Locat. disc.* 1. *n.* 5. & *seqq.*
Pactum non suffragatur si non adimpleatur interpellatio, vel alia qualitas, illi adjecta *d. disc.* 64. *n.* 4.
Fallit, ubi ageretur de facto notorio, quod non requirit protestationem, vel interpellationem, *d. disc.* 64. *n.* 5.
Esse lingua materna conceptū quid operetur, *de Loc. disc.* 2. *n.* 4.
An operetur in casu mixto, *de Locat. disc.* 1. *n.* 3.
Super defalco in aliquibus casibus quomodo intelligendum, *de Regal. disc.* 175. *n.* 22.
In casu belli conventis pesti, *de Locat. disc.* 1. *n.* 5.
Vide Bellum.
Quid ubi proveniat à mero casu fortuito, *de Regal. disc.* 175. *sub n.* 11. *vers.* Demum, & *seqq. de Locat. disc.* 5. *n.* 2.
Fallit, ubi ageretur de facto proprio prætendentis interpellationem, *d. disc.* 64. *sub n.* 6. *de Locat. disc.* 6. *n.* 7.
An, & quando Appaltatoribus gabellarum competat ob fraudes, & contrabanna locatorum, vel ejus officialium plenè, *de Regal. disc.* 175. *ex n.* 8. Ubi plures casus distinguuntur.
Ad ejus effectum conductor tenetur denuntiare locatori casum, *de Locat. disc.* 3. *n.* 9. *disc.* 6. *n.* 7.
Et quomodo hæc interpellatio sit facienda, *d. disc.* 6. *n.* 8.
Fallit etiam ubi interpellatio non esset profutura, *de Regal. disc.* 64. *n.* 7.
Interpellatio ad removendum quodcumque impedimentum absque alia expressione non sufficit ad eum obtinendum, *de Locat. disc.* 6. *n.* 8.
Et eatenus impedimentum excusat, quatenus conductor ex parte sua adhibeat diligentias pro illius remotione, *d. disc.* 6. *n.* 9.
An, & quando damnum appaltatori resultans ex facto voluntario, vel necessario locatoris sit ei reficiendum plenè, *de Regal. disc.* 159. *ex n* 2. 7. & *seqq. dis.* 175. *n.* 10. Ubi latè, *de Locat. dis.* 18. *n.* 7.
De remissione ob damna passa ab inimicis locatoris quando intret nec nc, *de Locat. disc.* 54. *per tot.*
De damno ob extinctionem, vel diminutionem gabellæ appaltus, *disc.* 159. *n.* 3. *de Regal.*
De prohibitione consueti commercii, & consuetarum nundinarum, *n.* 4. *ib.*
Non attenditur, an locator sit in culpa, sed spectatur nudum damnum appaltatoris, *de Regal. disc.* 159. *n.* 6.
Quid ubi appaltatoris impediantur tractę ob casum publicæ annonæ, *de Regal. disc.* 159. *n.* 14.
Damnum consistens in amissione lucri reficitur solùm ubi illud proveniat à facto, & culpa locatoris, *de Regal. dis.* 65. *n.* 19. *in fin. disc.* 71. *n.* 20. Ubi declaratur, *disc.* 134. *n.* 12. & 13. *disc.* 159. *n.* 10. & 11. *de Locat. disc.* 5. *sub n.* 2. & 3. *disc.* 18. *n.* 7. *disc.* 54. *de Empt. dis.* 14. *n.* 5. Ubi de impedimento tractarum.
Dominus duorum prędiorum quorum unum locat alterum per se ipsum colit, & administrat, si expurgat prædium ab ipso cultum à lolliis, quæ irruant in prædium locatum, damnum provenire non dicitur à locatore, *de Regal. disc.* 159. *sub n.* 18.
In alio si quidem prædio repręsentatur diversus homo, *ibid.*
Gesta per Principem Locatorem, vel ejus officiales in una Provincia non dicuntur importare factum præjudiciale in altera, *de Regal. disc.* 159. *n.* 18.
De differentia inter damnum quod tempus calamitosum, vel accidentale causat in una, & altera specie vectigalium, *de Regalib. disc.* 134. *n.* 9. ubi de illo falis, & piscium.
Ubi cessat rei substantia reficitur damnum quale sit, *de Regal. disc.* 134. *n.* 8. *disc.* 175. *n.* 12. *de Locat. disc.* 5. *n.* 2.
Quando autem dicatur cessare, seu deficere rei substantia ob aliquod impedimentum in vectigalibus, *de Regal. disc.* 65. *n.* 7. & *seqq. disc.* 175. *n.* 13. & *seqq.* ubi latè, & optimè, *de Locat. dis.* 4. *n.* 7. & 10. *disc.* 3. *n.* 5. & *seqq. disc.* 6. *n.* 5.
Quando diminuitur pretium salis dicitur extingui gabella in parte, & deficere substantiam rei, *de Regal. disc.* 159. *n.* 17. *dis.* 157. *n.* 13.
De differentia voluntatis, & præsupposita æquipollentis substantiæ, *de Regal. disc.* 175. *n.* 8. 4. *de Locat disc.* 2. *n.* 6.
Appaltatori an competat contra locatorem actio ad interesse, vel alia exceptio ob damna passa à bello agitato per ipsum locatorē, *de Regal. dis.* 64. *n.* 6. *dis.* 65. *n.* 20. *disc.* 159. *ex n.* 12. signanter *n.* 15.
Et quid à bannimentis, vel probationibus commercii ob suspicionem pestis, vel ex alia publica causa, *d. disc.* 65. *n.* 21.
Solus timor, vel rumor belli, vel pestis causare solet appaltatoribus damnum remissione dignum, *d. dis.* 64. *n.* 9.
Compensatio anni fertilis cum sterili quomodo procedat, & quomodo annorum peræquatio, seu lucri, & damni calculus fieri debeat, *de Regal. dis.* 65. *ex n.* 22. *de Locat. disc.* 1. *n.* 7. *de Regal. disc.* 175. *n.* 19.
Intrat in solo damno resultante vitio Cæli vel naturæ, non autem ratione belli vel pestis, *d. disc.* 1. *n.* 7. & *seqq.* ubi de ratione, *vide Annus.*
De remissione competente ex deficiente præsupposito sub quo appaltus initus est, *de Regal. disc.* 159. *n.* 20. *de Locat. dis.* 2. *n.* 6.
Conductor, vel respectivè locator gabellarum an possit pro certificatione damni, vel lucri respectivè petere à Judice contrascriptorem qui fructus describat loco probationis, *de Regal. disc.* 66. *ex num.* 1.
Remissio pensionis ratione damni an facienda sit pro toto damno vel potius in eo tantùm quod excedit dimidiam, vel sextam partem, cujus ratione resultat intollerabilitas, *de Regal. dis.* 66. *n.* 9. & *seq. sub n.* 11. ponitur modus calculandi, *dis.* 175. *n.* 18.
Non datur remissio pensionis ob damnum illatum à Bannitis, qui sint in Regione frequentes, *de Servit. disc.* 46. *n.* 8.
Fallit ubi banniti in magna copia irruerent præter consuetudinem, *d. disc.* 46. *n.* 8.
Damnum resultans facto tertii quomodo sit reficiendum, & an intret defalcum, *de Locat. disc.* 5. *sub n.* 2. *vers.* Alter.
Damnum quando dicatur intollerabile ad effectum remissionis referuntur variæ opiniones, *de Regal. disc.* 66. *n.* 10. *disc.* 175. *n.* 17.
An, & quando ex innovatione, seu alteratione status reum competat appaltatori defalcum, vel alia actio, *de Regal. disc.* 71. *num.* 20.
Renunciatio casibus, & defalco est valida, *de Locat. disc.* 3. *n.* 3.
Et non capit casus insolitos, *de Locat. disc.* 1. *n.* 8. *disc.* 3. *n.* 5.
Intelligenda est pro removendi illis exceptionibus, quæ ex sola Juris subtilitate proveniant, *de Locat. disc.* 4. *n.* 6.
Fallit, ubi verba sint nimius effrænata, *de Locat. disc.* 3. *n.* 4. & infra, *ver.* Casus.
De restauratione, seu remissione pensionis faciendę conductori alicujus officii ob clausulam Tribunalium ex causa pestis, *de Locat. disc.* 1. *per tot.*
Et quid ubi superiores prohibuerint officiali, actitare causas, quæ prius agere solebat, *de Locat. disc.* 3. *ex n.* 1.
Et an his casibus defecta dicatur substantia rei, *de Locat. disc.* 2. *n.* 6. *dis.* 3. *n.* 5. & *seqq.*
Exceptio defalchi an retardare valeat processum executivum, *de Locat. disc.* 3. *n.* 2. & *seqq.*
Ubi in aliquo casu conductor se remiserit arbitrio locatoris, quomodo hęc remissio sit intelligenda, *de Locat. dis.* 4. *n.* 2. & *seqq.*
De defalco ob edacitatem locustarum seu brucorum, *de Locat. disc.* 4. *per tot.*
Const. Clem. VIII. Prohibens defalcum appaltatorum bonorum communitatum expenditur, *de Locat. disc.* 6. *n.* 2. & *seqq.*
Cessat accedente pacto, *d. dis.* 6 *n.* 3.
Item cessat ubi deficiat substantia rei, *d. disc.* 6. *n.* 5. ubi de molendino locato.
De remissione pensionis ob prohibibitionem earum, quæ de facto utiliter fiebeant per conductorem, sed non erant licita, *de Locat. disc.* 56. *per tot.*
Appaltatori bulli alearum non debetur defalcum ob prohibitionem ludorum in Anno Sancto, *de Locat. disc.* 55. *sub n.* 7.
Secus ubi prohibitio esset insolita, & inexpectata, *d. disc.* 55. *num.* 7.
Non petitur defalcum pro causa jam præexistentæ, & cognita, *de Regal. disc.* 175. *n.* 2. 3. 15. & *seqq.* ubi declaratur.
Et ubi damnum poterat prævideri, *d. disc.* 175. *n.* 3. 15. & *seqq.* ubi declaratur.
Ubi damnum prævideri potuit an intret remissio, vel aliàs actio competat contra locatorem, *de Regal. disc.* 118. *sub n.* 10. *disc.* 175. *n.* 2. 3. 15. & *seqq.*
Ubi principalis appaltator remissionem obtinuerit, est etiam ab eodem concedenda suis subappaltatoribus, *de Regal. disc.* 134. *sub n* 3. & *seqq.*
Vt ubi vigeat eadem ratio restaurum concedi debet subappaltatoribus etiam si principali appaltatori concessa non sit, *de Regal. disc.* 134. *sub n.* 13. *vide de Locat. disc.* 6. *n.* 10.
Casus omninò insoliti, & verisimiliter non cogitati non veniunt sub susceptione casuum, & renunciatione restauri, & quando casus tales dicantur, *de Regal. disc.* 134. *n.* 11. *disc.* 159. *n.* 19. *disc.* 175. *n.* 20. *de Locat. disc.* 1. *n.* 8.
Damnum resultans ex casibus merè fortuitis, ut sterilitate, imbribus, locustis quomodo sit regulandum, *de Regal. disc.* 159. *n.* 8. *de Locat. disc.* 5. *n.* 2.
Ista susceptio, seu pactum renunciandi adjici debet, vel pro adjecto habetur in appaltibus, qui fiunt per commissiones, *de Regal. dis.* 175. *n.* 21.
Quod pro fraudibus, & contrabannis non competat defalcum, *de Regal. disc.* 175. *n.* 4.
Si damnum contingat in fructibus quos fundus locatus jam produxit, non intrat restaurum, *de Regal. disc.* 134. *n.* 15.
Non intrat ubi damnum proveniat à culpa, vel mala administratione, famulorum, & Præpositorum, *de Regal. disc.* 179. *n.* 7. 8. *disc.* 175. *n.* 8.
Non petitur nisi in fine appaltus, quia anni uberes possunt compensare damnum, *de Regal. dis.* 134. *n.* 16. *et* 19. ubi declaratur.
Exceptuatio aliquorum casuum in quibus competat defalcum firmat regulam in casibus non exceptuatis, *de Regal. dis.* 175. *n.* 5. & 22. ubi declaratur.
Et quid operetur talis exceptio, *de Locat. disc.* 2. *n.* 5.
Non debetur ubi damnum proveniat ex facto ipsius conductoris, vel ejus officialium, *de Regal. disc.* 175. *n.* 8. & 9.
Quid ubi proveniat à facto Tertii, *d. disc.* 175. *n.* 11. *de Locat. disc.* 5. *sub n.* 2.
Compensatio, seu annorum peræquatio fieri solet attento toto tempore appaltus, *de Regal. disc.* 65. *n.* 14.
Damnum intollerabile, ut intret remissio pensionis debet esset ultra dimidiam, *de Regal. disc.* 65. *n.* 16. *disc.* 175. *n.* 6. *de Locat. disc.* 1. *n.* 4. *disc.* 5. *sub n.* 1.
Fallit in appaltibus fiscalibus in quibus sufficit damnum ultra sextam partem, *d. disc.* 65. *n.* 17.
Fallit ubi damnum proveniat facto, & culpa locatorum, *d. disc.* 65. *n.* 20. ubi tamen rejicitur, *disc.* 71. *n.* 20.
Anni pestis, vel belli dicuntur damnosi, *de Regal. disc.* 134. *n.* 20.
Damnosus, & sterilis dicitur annus si de facto est uber, ex pensæ tamen sint magnæ, *d. disc.* 134. *n.* 18. *et* 21.
Damnum regulandum est habita ratione pensionis, non fructuum, *d. disc.* 65. *n.* 18.
Fallit accedente pacto, *d. disc.* 65. *sub n.* 18. *et seqq.* ubi declaratur, *de Locat. disc.* 1. *n.* 5.
Isto enim accedente de attendendo damno in suribus arguitur voluntas conductoris non conducendi pro tempore accidentali, & damnoso, *d. disc.* 65. *n.* 19.
Fallit ubi damnum proveniat facto, & culpa locatoris, *d. disc.* 65. *n.* 20. ubi declaratur, *disc.* 71. *n.* 20. *disc.* 134. *n.* 12. *et seq.* ubi declaratur.
Sufficit quòd pactum sit operativum in uno solum, *de Locat. disc.* 1. *n.* 6.
Mercedi debetur tempore belli, vel pestis, *de Regal. disc.* 10. *n.* 5.
In materia salinarum quomodo debeatur, *de Regal. in Sum. n.* 77.
Cætera, Vide Conductor quoad Pensiones earumque Defalcum

DEFECTUS

Testium suppletur ex adminiculis, *de Testam. dis.* 25. *n.* 5. *dis.* 26. *n.* 5.
Vide Testes.
Vide Nullitas, Citatio quoad nullitates Implementum.

DEFENSÆ.

Vide Bannita.

DEFENSORES.

Legitimi causarum dicuntur Prælati Regulares, licèt obedientiarii, & manuales, quinimò cæteri rectores sæculares absque necessitate evocandi Generalem, vel Episcopum respectivè, *de Jurisd. disc.* 2. *n.* 7. *et seqq.* 10. & *seqq.*

DEFICIENTIÆ.

Casus an verificetur in altero non existentiæ, *de Fideic. in Summ. ex n.* 201. *et disc.* 90.

DEFLORATOR.

Monialis privatur beneficiis, *de Benef. disc.* 7. *n.* 3.
Debet tamen esse convictus, vel confessus, *ib. n.* 4.
Neque sufficiunt indicia indubitata, *ib. n.* 5. *et* 6.
Fallit, si perseverat in contumaccia quia reputatur fictè confessus *ib. sub n.* 7.
Tribunalia tamen majora ratione scandali contra talem diffamatum licèt non convictum solent pronunciare, *ibid. sub. n.* 8.
Vide Stuprator, Dos quoad obligationem &c. et Dos quoad concursum.

DELEGATIO.

Est stricti Juris, & non extenditur de casu ad casum, aut de persona ad personam, *de Benef. disc.* 7. *n.* 8. *de Regul. dis.* 23. *n.* 5. *Miscell. disc.* 16. *n.* 13. ubi declatur, *Ann. ad Conc. disc.* 26. *sub n.* 23. *et* 24. *de Judic. dis.* 3. *n.* 23. *disc.* 8. *n.* 12.
Et concessa ad unum finem non debet extendi ad alium, *de Matrim. disc.* 1. *n.* 7. *dis.* 3. *n.* 11. & *in Annot. ad Conc. dis.* 26. *n.* 25.
Et tantum censetur concessum quantum in ipsa legitur, *de Jurisd. dis.* 49. *n.* 3. *de Alien. disc.* 6. *n.* 4.
Expirat per mortem personæ, cui facta est, *de Regul. dis.* 23. *n.* 6.
Ordinarię jurisdictionis restitutiva potentiam est, ac latior delegatione facta in non habente Jurisdictionem, *de Regul. disc.* 8. *n.* 7.
Generalis ad omnia sacramenta suffragatur etiam pro matrimonio, *de Matrim. disc.* 4. *n.* 14.
Facta ordinariis locorum pro Regularibus quid importet, *Miscell. disc.* 16. *n.* 14. & 15.
Quando propriè non dicatur talis, sed potius remissio, seu excitatio jurisdictionis, *Miscell. dis.* 25. *n.* 4. *de Judic. dis.* 3. *ex n.* 18.
Causarum per Sedem Apostolicam fit personis in Ecclesiastica dignitate constitutis, vel judicibus synodalibus, *Annot. ad Conc. disc.* 46. *n.* 1. *et* 5.
Sub delegatione generali seu mandato non veniunt insolita, *de Regal. disc.* 181. *n.* 8.
Episcopo directa an eo mortuo expleri possit per Capitulum, *Ann. ad Conc. disc.* 31. *n.* 37.
Vide Delegatus, Jurisdictio.

DELEGATUS.

Non benè procedit non insertis literis delegationis *de Jurisd. disc.* 48. *n.* 15. Ubi declaratur, & infra, *vers.* Delegationis; Et *vers.* Citare.
Apostolicus generalis in quo differat à speciali super remissione solemnitatibus de Jure requisitarum *de Benef. disc.* 45. *n.* 1.
Dismembrare, & unire potest absque solemnitatibus si sit specialis, non autem generalis, *de Benef. disc.* 45. *n.* 1.
Episcopus est cùm confert exemptum beneficium ob negligentiam collatoris, *de Benef. disc.* 27. *sub n.* 10.
Visitator non est deputatus à Sac. Congregatione Visitationis Apostolicæ, *de Benef. dis.* 45. *sub n.* 3. & 14.
Non potest post latam sententiam eam ampliùs tractare etiam capite nullitatis, *de Judic. disc.* 3. *n.* 24. *disc.* 36. *n.* 5.
Delegationis tenemur tenetur in prima citatione inserere aliàs impunè ei non paretur, *de Benef. dis.* 72. *n.* 9. *et* 11.
Fallit præsente delegante, *ibid. n.* 10. *et de Iurep. dis.* 31. *n.* 17. *in fine.*
Facultatem subdelegandi habens tenetur subdelegare habilem, *de Benef. disc.* 73. *n.* 13.
In curia (qui commissarius dicitur) non potest procedere nisi statutis temporibus, & diebus, *de Judic. disc.* 23. *sub n.* 23.
Particularis allegari potest suspectus etiam sine causæ justificatione, *de Judic. disc.* 3. *n.* 63.
Secus ubi sit delegatus universalis, *ib.*
Fallit de stylo Romanæ Curię ubi sit re integra, & ante consensum in Jurisdictionem, *n.* 64. *ibid. de Judic. disc.* 4. *n.* 13.
Declara prout, *disc.* 4. *n.* 15.
Post consensum autem in Jurisdictionem non datur recusatio *de Judic. disc.* 3. *n.* 65. ubi declaratur.
Et quando dicatur adesse hujusmodi consensus, *num.* 66. *ibid.*
Et commissarii ostendere debent litteras seu delegationis ordinario loci, *Miscell. disc.* 22. *n.* 7.
Ad universitatem causarum, & an particulares respectivè quinam dicantur, *de Judic. disc.* 3. *n.* 16.
Generalis, & particularis in quo differant, *de Regul. disc.* 8. *n.* 7.
Ab ordinario in quo differat, *d. disc.* 8. *n.* 6.
Non potest subdelegare ad universitatem causarum non concurrente formali consuetudine, *de Paroch. disc.* 17. *sub n.* 4.
Commissionem cum suis qualitatibus attendere debet, *de Regul. disc.* 8. *sub n.* 6.
Ordinarius an fiat ex particulari commissione, vel rescripto, *de Judic disc.* 3. *ex n.* 18.
Et quidam effectus ex hujusmodi delegatione resultent, *n.* 21 *ibidem.*
Citare debet inserendo tenorem suæ delegationis, *de Judic. disc.* 9. *n* 6. *disc.* 3. *sub n.* 22.
Et an ubi deficiat talis insertio possit à citato contemni, *sub n.* 22. *ibid.*
Et an in actis requiratur delegatio originalis, vel sufficiat transumptum, *sub n.* 22. *ibid. semiss.*
Stylum delegantis, vel proprium attendere an debeat, *de Judic. disc.* 35. *sub n.* 88. *semiss.*
In examine adhibere debet stylum Judicis delegantis, *de Iudic disc.* 31. *n.* 26.
Excusatur tamen ille, qui servavit stylum Judicis remissorialis, si altera pars quoque cum eo processit, *ibid.*
Defectus jurisdictionis, qui est in delegante magis esse dicitur in delegato, *de Jurisd. disc.* 115. *n.* 7.
Vide Judex Delegatus, Jurisdictio.

DELIBERATARIUS.

Jus offerendi an & quando competat adversus illum, ubi præsertim sit ipsemet creditor, *de Judic. disc.* 40. *n.* 80.
Non molestatur ubi injustitia subhastationis justificetur ex novis, sed agitur contra creditorem ad repetitionem pretii, *de Judic. disc.* 40. *n.* 72. *disc.* 38. *sub n.* 21.

Quid ubi ipsemet creditor fuisset deliberatarius, *de Judic. disc.40.n.72.vers.* Benè verùm.
Et ubi daretur retractio, an veniat restitutio fructuum, *de Judic.disc.40.n.89.& 90.*
An liberetur à molestis jus habentium in rebus emptis sub hasta, *de Judic.disc.40.n.78.*
Ubi etiam esset exemptus, adhuc creditor præstare deberet cautionem de restituendo prioribus, *ib. vers.* Et nihilominus.
Declara, ut ista cautio suffragetur solum deliberatario pro recuperatione pretii soluti, non autem pro aliis damnis, & interesse, de quibus, *ib.sub vers.* Adhuc tamen.
Cedendo alteri rem subhastatam non per hoc præsumitur collusio vel simulatio, *de Empt.disc.16.n.8.*
Creditur ad cujus instantiam bona subhastatur, potest palam, ac bona fide tanquam tertius illa emere, *de Empt.disc.21.n.7.*
Vide Creditor in Genere, vers. Licitari.

DELIBERATIO.

Fieri debet majori oblatori aliàs eo neglecto est nulla, *de Judic. disc.40.n.69.*
Quando autem dicatur obligatio major ad istum effectum, *ib.*
Non potest tamen fieri majori oblatori nisi cum præfixione termini, *de Judic.disc.40.n.81.*
Et, an durante isto termino, vel eo lapso possint recipi novæ oblationes, *n.82.ibid.*
Favore pupilli, vel minoris admittitur novus oblator etiam post lapsum terminum ad reluendum, *de Empt.disc.2.n.9.*
Et regularitèr ubi deliberatio sequuta non sit, semper integrum esse majorem oblationem recipi, *d.disc.2.in fin.*
Præsertim ubi agatur de bonis pupilli, *ib.*
Vide Addictio in diem.
In dubio præsumitur valida, *de Judic.disc.20.sub n.88.*
Et ubi esset nulla, cum quo judicio, vel remedio retractetur *ibidem.*
Ubi nullitas, vel injustitia sit clara datur remedium manutentionis adversùs eam, secus si sit turbida, *ibid.*
An autem data retractatione veniat restitutio fructuum, *n. 89.& 90.ibid.*
Ubi sequuta non sit ex solo decreto, seu mandato de liberando non abdicatur dominium rei subhastatæ à debitore, *de Empt. disc.2.n.5.*
Facta ubi sit primo creditori uti tertio, secundus habet jus offerendi, secus si alteri tertio prorsus extraneo, *de Empt.disc.31.n. 4.& seq. Vide Jus offerendi.*
Debitor ante addictum pignus illam evitare potest mediante solutione, *de Empt.disc.2.n.4.*
Limita, ubi ultima oblatio fuerit acceptata, & elapsus terminus ad reluendum *sub n.9.ibid.*
Controv. verius, *n.9.ibid.in fin.*
Amplia, ut possit etiam subhastatam vendere ad impediendam deliberationem, *n.6.ibid.*
Declara ubi id agat bona fide, & pro majori Creditorum utilitate, *de Empt.disc.2.n.9.disc.3.sub n.4.*
Creditor unicus illam impedire non potest, sed tantùm major pars creditorum pro facienda meliori debitoris conditione, *de Empt. disc.3.sub n.3.*
Amplia etiam si talis creditor relictus fuisset hæres à debitore, si ejus hæreditatem repudiavit, *n.3.ib.*
Vide Debitor quoad Pignora, Subhastatio.

DELICTUM.

Feudale quale proprièdicatur ad effectum præjudicandi successoribus, *de Feud.disc.131.n.19.*
Et ubi illud sit feudale præjudicat successoribus independenter, & de ratione, *d.disc.131.ex n.13.*
Probatio delicti in hoc casu debet esse concludens, & non sufficit ficta contumacialis, *d.disc.131.n.17.*
Et de casu in quo tale delictum dicatur improbabile, *d.disc. 131.n.18.*
Dicitur delictum privatum, & accidentale, non autem feudale ubi commissum sit in officio extra feudi naturam, *d.disc.131.n. 15.vers.* Quare.
Successoribus dicitur debitum feudum sub conditione, & pacto quod possessor pro tempore non comittat delictum, *de Feud. disc.131.sub n.14.*
Vide Feudum Novum.
Commissum in platea si gravius puniatur, an id procedat in delicto commisso in via, quæ intrat in plateam, *de Regal.disc.135. sub n.4.*
De delictis commissis in via publica an Princeps cognoscat privativè, *de Regal.disc.136.n.15.*
In eis, quę occurrant in via publica confinante seù dividente duo Territoria, locus est præventione, *d.disc.136.n.21.*
In omni ferè delicto proceditur per inquisitionem, *de Jurisd.disc. 50.sub n.3.*
Ad effectum privandi jure quæsito ex delicto, vel infamia requiritur plena, & concludens probatio; ad effectum verò repellendi ab assecutione, & in ordine ac jus quærendum sufficit sola inquisitio, vel diffamatio, *de Regal.disc.148.sub n.22. de Benef.disc.70.n.5.*
Et probato delicto in genere contra delinquentem amittuntur leviores probationes, *de Regal.disc.195.n.5.*
Delinquens tenetur ad damna, & interesse, *de Regal.disc.195.n.23*
Compositio æquipollet sententiæ condemnatoriæ ejusque in speciem habet, *de Regal.disc.148.n.62.vers.* In terminis, circa med.
Non præsumitur in dubio, sed est probandum, *de Alien.disc.29.sub n.25.disc.31.sub n.5.de Benef.disc.22.sub n.5.*
Et ut fiat casus fideicommissi est concludenter probandum, *de Fideic.disc.10.n.7.*
Probatum non dicitur per contumaciam seu sententiam contumacialem, *de Fideic.disc.10.n.7.*
Justa causa obligandi reputatur ne filius de gravioribus delictis imputetur, *de Alien.disc.33.sub n.26.*
Ac solvendi pecuniam conventam in Compositione cum fisco, *ibid.*
Quid ubi sequutam compositionem, ac solutionem partis summæ sublatum sit judicium criminale, *n.27.ib.*
Læsæ majestatis cognoscit solus Princeps ejusque suprema Curia etiam in prima instantia, *de Regal.disc.124.sub n.2.*
Et an privet filios legitima, *de Legit.disc.13.n.9.*
Non deberetur ubi delicto constaret per veras probationes, secus in contumaciam, *de Legit.disc.13.sub n.9.*
Quid de filiis post delictum procreatis, *ib.*
Quod generalitèr hæc pœna de consuetudine non servatur, *ibidem.*
Filii an cogat patrem ad solvendam legitimam, *de Legit. disc.14. ex n.4.*
Negativa procederet ubi ex delinquente suppressent alii filii, *n.5.ibid.*
Et favore civium Romanorum, *n.6.ib.*
Et civium appellatione veniunt etiam Hæbrei, *n.7.ibid.*
Grave, & scandalosum est justa causa exhæredationis, *de Legit. disc.13.n.6.*
In casu ejusdem quando possit validè ordinari fideicommissum, vel potius censeatur in fraudem, *de Fideic.in Sum.n.90*
Potest ordinari fideicommissum etiam in legitima, *de Fideic. disc.148.n.2.& 12.*
Et quando faciat aperiri fideicommissum, *de Fideic.disc.148. n.8.12.disc.149.n.4.*
Hujusmodi ordinatio dicitur favorabilis gravato ob spem restitutionis post reintegrationem, *de Fideic. disc.148.sub n.12. disc.150.n.8.*
Contrarium dici possit si delictum sit appositum uti pœna, *de Fideic.disc.148.n.9.10.11.*
Vide Fideicommissum Pœnale.
De eo imputatus, ut q is dicatur, sufficit sol a inquisitio, vel carceratio, *de Fideic.disc.148.per tot.*
Patris non præjudicat filiis in Juribus quę istis competunt ex persona propria, *de Fideic.disc.10.n 6.*
Diffamatio delicti sola sufficit ad repellendum à beneficio, & in concursu, *de Benef.disc.68.n.7 disc.70.n.5.*
Fortiùs ubi beneficium est jam collatum alteri concurrenti, quia præsumptio est pro collatione, *de Benef.disc.68.n.8.*
De corpore delicti constare oportet ad effectum procedendi ad pœnam, *de Benef.disc.76.n.24. de Jurep.disc.44.n.4.*
In Ecclesia patratum, an gaudeat ejus immunitate, *Miscell.disc. 2.num.7.*
Et an, & quando commissum in Ecclesia dicatur, ut dici valeat casus exceptuatus à Gregoriana Constitutione, *Miscell. disc.10.per tot.*
Quid si non in ipsa Ecclesia, sed in scalis, porticu, atrio, &c. sequutum fuerit, *Miscell.disc.2.n.7.& 15.*
Commissum in loco immuni extra Ecclesiam, vel cœmeterium non dicitur exceptum, *Miscell.disc.10.n.3.et 6. Contr. n.7. et 9.ib.*
In ea sequutum præsumitur ob fiduciam immunitatis, *Miscell.disc.10.n.5.*
Et quare hodie in omnibus ferè criminibus militet dicta præsumptio, *Misc.disc.10.sub n.10.circa fin.*
Exceptum à Gregoriana Constitutione an requirat probationem concludentem, *Misc.disc.9.n.3.*
Et an attendi debeat processus Curiæ sæcularis, *Miscell.disc. 2.n.17.disc.9.n.4.remiss.*
Commissum, ubi sit in loco, in quo plures erant personæ, contra omnes procedi potest, *de Judic.disc.19.sub n.12.*
Ne commitatur magis invigilandum est, quàm ut commissum puniatur, *Rel.Cur.disc.36.n.7.*
De differentia inter probationem delicti, quod præjudicet soli delinquenti, & illud quod præjudicet etiam tertio, *de Feud.disc. 131.n.17.*
Minoris an sit puniendum pœna ordinaria, *Conflic.obj.11.* & latius in voto extenso post finalem, *obs.315.*
Vide Crimen, Fellonia, Confœderatio, Fideicommissum Pœnale, Forus Delicti.

DE-

DELINQUENS.

Vide delictum, Fideicommissum quoad fructus, Fiscus quoad successionem.

DEMANIUM.

Quale dicatur, *de Regal.disc.148.sub n.1.& 5.*
Hoc est privilegium habendi subditos sub immediata jurisdictione revocari potest per Principem, *d.disc.148.num.5.* ubi enumerantur aliquæ Civitates infeudatę non obstante dicto privilegio.
Et de casibus in quibus concessiones factæ locorum domini effectum sortitæ sunt, & quæ non, *d.disc.148.n.9.*
Civitates Salerni, Bituntina, & Vigiliarum continuant in dominio, *d.disc.148.n.9.*
Idemque de Civitatibus *Ariani Theatinæ, sub n.9.ib.*
Non potest revocari demanium conceptum recepto pretio, ex causa onerosa, *d.disc.148.n.18.& 32.*

DEMENTIA.

Superventa non irritat testamentum validum, & perfectum, *de Testam.disc.41.n.3.*
Non omnis alteratio mentis sufficit ad reddendum intestabilem, *de Testam.disc.39.sub n.17.vers.* Aut infirmus, circa med. *disc.40. n.7.& seqq.*
In dubio non præsumitur, *de Testam.disc.39.n.5.*
An probetur per dationem curatoris, *de Testam.disc.38.num. 6.& 7.*
Et ex eo quod proprii filii sint exclusi, *de Testam.disc.40.n.10.*
Et de aliis circumstantiis illam inducentibus, *d.disc.38.n.3.*
Dementis donatio quando subsistineatur, *de Testam. disc.39.n.17. circa finem.*
Vide Amens, Furiosus, Testamentum.

DEMOLITIO.

Ecclesiarum in locis campestribus demandata fuit per S. Congregationem Immunitatis *Miscell.Eccl.disc.2.n.16.*
Collabentium quando facienda, *Ann.ad S.C.T.disc.17.n.1.& 2.*
Non collabentium ex alio motivo quando permittatur, *ibid. num.3.*
Ædificiorum rarò sequitur quamvis esset attenta, *de Serv.in Sum. num.72.*
Vide Nunciatio novi operis, Ædificare, Ædificium.

DEMONSTRATIVA.

Dispositio quando sit, vel taxativa, *de Success.disc.1.n.11.*
Vide Designatio Verba.

DENOMINATIO.

Ecclesiæ facit adminiculum in Jurepatronatus privatorum, *de Jurep.disc.9.n.11.disc 52.sub n.8.dis. 57.n.11.Annot.ad S.C.T.dis. 1.num.11.*
Capituli, vel Ecclesiæ, seu Capellæ aut congregationis, an possit alteri prohiberi, *de Regal.disc.21.sub n.11.*
Vide Cognomen.

DENUNCIATIO IN GENERE.

Judicialis ubi requiritur pro forma non sufficit extrajudicialis, *de Servit.disc.75.n.2.Vide Forma.*
Correspondalibus facienda est per alteram ex sociis, qui vult se à negotio sociali eximere, aliàs semper est obligatus, *de Cred.disc. 75.n.9.disc.87.n.8.*
Vide Societas, Socius.
Litis requiritur, ut competat actio evictionis, *de Cred. disc.71.n.3.*
Fallit accedente justitia, *ibid.n.4.*
Item favore Ecclesiæ accedente scientia, *n.5.ibid.*
Vide Evictio.
Qualis esse debeat, ut cessus debitor non possit solvere cedenti *de Cred. disc.70.n.5.10.et 11.*
Censuratum à lege illatarum an possit fieri contra exemptos, & non subditos, *Miscell.disc.13.ex n.17.disc.14.n.4.disc.17.n.2.*
In facto notorio non indiget processu judiciario, *Miscell.disc. 15.n.9.vide Censuræ.*
Facta per informem, & non authenticam schedulam, non obligat ad evitandum censurati commercium, *Miscell.Eccl.disc.22 sub n. 5.* ubi declaratur.
Pro promovendis ad primam Tonsuram faciendæ sunt, & de ratione, *Ann.ad S.C.T.disc.14.n.26.*
Vide Gabella quoad Exemptionem, et quoad fraudationem.

DENUNCIATIO MATRIMONIALIS.

Ejus defectus non obstat validitati matrimonii, *de Matrim. disc. 1.nu.6.5.vers.* Ad instar, *disc.2.n.7.disc.4.num.7. Ann.ad Conc. disc.6.n.5.*
Parochus tamen, aliique contrahentes graviter peccant, *de Matrim.disc.1.n.7.*
Remitti potest à Vicario generali, *Ann.ad S. Conc.Tri d.disc.26. num.26.*

DEPOPULATIO.

Loci quomodo probetur, *de Benef.disc.49.n.5.*

DEPOSITARIUS.

Restituens depositum non servata ejus lege tenetur de proprio, *de Tutor.disc.15.n.2.*
Et ad iteratam solutionem, *Conflic.obs.158.* ubi declaratur. *Card. de Luca Repertor.*
Solvens vigore ordinis falsi an liberetur, *de Cred. disc.68. n.4.et 26.Conflic.obs.157.*
Et quid si ordo sit verus, sed citra voluntatem Creditoris, *d. disc.68.num.27.*
Montium Baronalium quodnam habeat officium, *de Tutor. disc. 20.num.7.*
Periculum non debet subire ex furto vel alio casu, *de Cred. disc. 68.n.13.vide Depositum.*
Regularis de qua culpa teneatur, *de Cred.disc.68.n.10.*
Non tenetur esse solicitus de versione, sed solum de pecunia depositata, ne solvatur aliàs quàm juxta formam præcriptam, *de Reg.disc.23.sub n.23.*
Potest pro sua indemnitate spernere ordines deponentis ubi fuerit inquisitus, *de Camb.disc.2.sub n.30.*
Cameræ quando fuit introductus, & de ejus officio, *Rel.Cur.disc. 35.n.1.*
Vide Depositum, Banchum, Bancherii, Mons Pietatis, Moneta, Loca Montium.

DEPOSITUM.

Periculum ipsius an sit deponentis vel depositarii, *de Tutor.disc. 16.n.13.remiss.de Cred.disc.144.n.3.et 4.*
Irregulare currit periculo, & commodo depositarii, *de Cred. disc.2.n.23.et 14.*
Quando autem dicatur regularem vel irregulare, *de Cred.disc.68.n.9.*
Parvæ summæ admittitur pro parte illiquida in purgatione attentatorum, *de Judic.disc.18.n.12.*
Dominium ipsius remanet penes deponentem, *de Benef. disc.36. sub n.25.*
Simoniacum illud est pro pensione convenire, *de Benef.disc.36.n.6*
Hypotheca pro illo non datur, *de Cred.disc.39.n.4.*
Fallit in depositario dotium monialium, *d.disc.39.n.6.et seq.*
Vide Dos Monialium.
Factum in æde Sacra an dici debeat regulare, vel irregulare, *de Cred.disc.68.n.9.*
Et de effectibus depositi regularis, vel irregularis, *de Benef. disc.81.n.14.& seq.*
Hæbrei faciebant in templo, *de Cred.disc.68.n.8.*
Fructuum cursum quando impediat, *de Cred. disc.144.n.2.remiss.*
Vide Fructus recompensativi.
Et si non est benè factum an excuset à fructibus recompensativis, *de Usur.disc.22.n.17.& 18.*
Factum coram Judice incompetente est nullum, *de Dot. disc.51. num.4.*
Quis autem in proposito dicatur Judex competens, *d.disc.51 n.5.& 9.*
Citatio ad recipiendum præcedere debet, aliàs non suffragatur sine contumacia, *de Dot.disc.51.sub n. 5.7.et 10.* ubi declaratur.
Contumacia non dicitur incurri per non comparitionem factam coram Judice incompetente, *de Dot. disc.51.sub n.5.in fin.*
Neque ubi creditor certo sciat in loco destinato debitorem non esse impleturum, *d.disc.51.n.8.et 10.*
Factum prævia creditoris contumacia habet vim solutionis, *de Feud.disc.99.n.3.de Regal.disc.200.n.4.*
Potioritatem quare habeat, *de Cred.disc.25.n.7.*
Procedit potioritas in depositis factis in banchis publicis, *de Cred disc 25.n.8.*
Non procedit in deposito irregulari habente mixturam mutui, *d.disc.25.n.21.& 23 disc.68.n.7.*
Neque habet locum in concursu cum hypothecariis, sed solum chirographariis, *de Cred.disc.25 n.19.*
Et quid in concursu æquè privilegiatorum, *d.disc.25.n.24.*
Integrum esse debet, aliàs non suffragatur, *de Dot. disc.51.n.6.& sub num.9.*
Ubi agitur de diversis debitis ob defectum depositi unius non resultat infectio alterius depositi, *d.disc.51.sub n.9.*
Vinculatum cum conditionibus, & vinculis extrinsecis de jure non suffragatur, *de Feud.disc.99.sub n.3.*
Pecuniæ restituendæ pro extinctione locorum montium quomodo fieri debeat cum montistis, qui non comparent in termino, *de Regal.disc.200.per tot.*
Non debet fieri penes depositarium electum à debitore montis, sed in monte pietatis, & de ratione, *d. disc.200.num.2.et seqq.*
Et quando Montistæ dicantur approbasse depositarium montis, *d.disc.200.n.5.*
Requisita quęnam habere debeat ut sit validum, & proficuos effectus operetur, *de Cred.disc.144.n.6.et in Sum.n.192.*
Quare fiat in banchis privatis, *de Cred.disc.25.n.4.*
Faciendum ex præscripto Chirographi Pontificii in Monte Pietatis ad commodum creditorum dicitur eidem Cirographo satisfactum, si pecunia consentientibus Creditoribus remaneat penes ejusdem campsorem, *de Regal.disc.13.sub nu.4.disc.23. num.16.*
Debet esse de fructibus liquidis, & certis, non autem de incertis & illiquidis, *de Usur.disc.22.sub n.17.*

N De-

Defectivum sanatur ex implicito consensu Creditoris, *de Usur. disc.22.sub n.17.circa fin.*
Reputatur pecunia quæ traditur campsori, *de Cred. disc.25.sub n. 3. & 4.*
Et quid si tradatur ordo vulgò dicto *pagherò n.5.& 6.ib.*
Regulare non indiget privilegio potioritatis, sed datur limitatio etiam quod fieret res privatum, *de Cred. disc.25.n.20.& 22.*
Pecuniæ cum vinculo, seu alia forma non obligat montem seu alium depositarium esse solicitum de versione, *de Regal. disc. 23 sub n.23.*
Exceptio non numeratæ pecuniæ an competat adversùs illius confessionem, *de Cred. disc.69.n.9.& seq.*
Creditor habens in manibus pecuniam debitoris sub hoc titulo an teneatur ea cum se ipso compensare, *de Cred. disc. 47.n.10.*
Sortis ad formam Bullæ Piaue quomodo procedat, *Conflic. obs.186.*
Vide Census quoad Depositum, & de Cers.ib Sum.ex n.66.
Quando liberet à fructibus recompensativis, *vide Fructus recompensativi.*
Vide Depositarius.

DEPRÆDATIO.

Piratica an, & quando sit licita, *de Regal. disc.195.ex n.12.*
Ex eo quo merces habeant stigmata Turcarum an excusent, *d. disc.195.n.13.& seq.*
Quid ubi naves deferent Vexillum inimicum, *d. disc. 195. num.20.*
Reflex navis qui signa inimicorum adhibuit sibi imputet, *de Regal disc. 95.n.16.*
Bona deprædata vindicat dominus à possessore quamvis bonæ fidei, *de Regal. disc.195.n.12.*
Practicari debet in bonis inimicorum, sed relinquenda sunt illa amicorum, *d.disc.195.n.15.*
De modo justificandi casum deprædationis, & liquidandi valorem rerum deprædatarum, *de Regal. disc.195.ex n.2.*
De differentia circa probationes ad effectum assecurationis, & ad effectum deprædationis, *d.disc.195.ex n.4.*
Et lex quæ decernat justificationes deprædationis infra annum quando pro edat, *d.disc.195.n.7.*
Probato delicto deprædationis super liquidatione valoris admittuntur leviores probationes, *d.disc.195.n.5.*
Et de juramento in litem vel suppletorio, *n.8.ib.*
De prædari quando liceat personas, & bona subditorum Principis inimici, *de Regal.disc.170.ex n.9.*
Quid si non sint subditi, sed adhærentes, *d.disc.170 sub n.11. vers.* Quinimò.
Et quare in hac materia non sit procedendum cum legibus civilibus *digestorum, et Cod disc.176.n.12.*
Infidelium, vel eorum subditorum expenditur, *de Regal.disc.170. ex n.18.*
Quid de Christianis subditis Turcarum, *d.disc.170.n.19.*
Qualitas Religionis operatur exemptionem à formali captivitate, solumque capti detinentur donec redimantur, *ib.*
De bonis Januensium existentibus in navi Regis Gallorum de prædatis per milites Regis Arogoniæ, *d.disc.170.sub n.11. vers.* Quinimò.
Vide, Bellum, Repræsaliæ, Inimicitia.

DEPRÆDATOR.

An, & quando teneatur ad damna, & interesse erga deprædatum *de Regal.disc.195.ex n.13.*
Non tenetur inquirere veritatem ex apochis oneratoriis, *de Regal. disc. 195.n.16.*
Transactio facta per institorem Navis existentem in fortis deprædatoris est nulla, *de Regal.disc.195.n.9.*
Neque potest transigere in stata libertatis nisi circa ea ad quę est præpositus, *d.disc.195.n.10.*
Ubi præsertim concurrat læsio, *n.11.ib.*

DEPUTATIO.

Confessariorum in Ecclesia regulari spectat ad superiorem regularem, approbatio verò ad ordinarium, *Albic. discept. 2. quæst.11.num.13.*
In Ecclesia sæculari Prælatus qui habet jura Episcopalia illos deputat, & approbat dum habeat territorium separatum, & nullius, *d.q.11.n.14.vide Confessarius.*
Tutoris à quo Judice fieri debeat, ubi pupillus habet bona in diversis territoriis, *de Tutor.disc.3.per tot.*
Unus officialis non tollit jurisdictionem alterius generalis officialis, *de Jurisd.disc.85.ex n.5.*
Ita per deputationem visitatoris particularis non censetur adempta jurisdictio alterius visitatoris generalis, *d.disc.85.n.8.*

DEPUTATUS.

Provisionaliter non dicitur verè officialis, sed ad nutum amovibilis, *de Regul. disc.9.n.3.& 7.*

DEROGATIO IN GENERE.

Apostolica an, & quando obstet retractui, *de Sevit. disc. 98.ex num.14.*
Apostolicæ Constitutionis à Papa uti Papa concessæ non dicitur sequuta ob concessum illius præstitum per organum Vicegerentis super erectione novi Monasterii, *de Alien.disc.22.sub n.2.*
Juri optandi fieri debet ex causa litis, *de Benef. disc.33.n.8.& seq.*
Consuetudinibus fieri solet per Papam, *de Regul. disc. 2.n.4.& 7.*
Juri tertii an, & quando fieri possit potestate ordinaria, vel absoluta, *de Regal.disc.2.n.6.& 7.*
Cap. Nuper de Decim. an intret in novalibus, *de Decim.disc.4.n.8. & 9.*
Vide Dispensatio, Commutatio, Dos quoad Taxam, Princeps.

DEROGATIO EXPRESSA QUANDO REQUIRATUR, VEL SUFFICIAT IMPLICITA.

Cap. Nuper de decim. apponi debet in exemptione decimarum, *de Decim.disc.4.n.19.*
Quando autem ob privilegiorum amplitudinem illi implicitè derogatum dicatur, *d.disc.4.n.20.*
Generalis non comprehendit Concilia generalia quæ indigent nota speciali, *Ann.ad Concilis.1.n.12.de Regul.disc.2.sub n. 5.de Parocb.disc.23.n.5 & 6.& disc.25.n.18.* ubi declaratur.
Fallit in Tridentino, & de ratione, *Ann. ad Conc.T.disc.1. n.15 disc.8.sub n.2.*
Clementina dudum an sit necessariò exprimenda in privilegiis Apostolicis concessis Hospitalibus, *de Parocb.disc.23.n.4.& 5.*
Privilegiis, & Constitutionibus antecedentibus derogatum censetur à Pontificibus per posteriores editas per viam legis, *Albic.discept.2.q.9.n.2.*
Item derogatum censetur ex constitutione edita ad publicam utilitatem, *d.q.9.n.3.*
Et accedente clausula *illorum tenorem pro expressis*, derogatum censetur quibuscumque privilegiis, & constitutionibus etiam derogatariarum derogatorias habentibus, *d.q.9.n.5.*
Regulæ de Jure quæsito non tollendo non est expresse faciendа quando gratia de sui natura est præjudicialis, *Albic. discept. 2. q.10.n.1.& seq.*
Vide Derogatio Jurispatronatus.

DEROGATIO FIDEICOMMISSORUM, ET ULTIMARUM VOLUNTATUM.

Fieri potest per Principem, *Ann.ad Conc.disc.21.n.5.de Fideic.disc.6.n.3.disc.14.n.2.* Et latius, *disc.273.per tot.* Ubi declaratur, & prius, *disc.265.et seq.de Jurep.disc.65.n.39.*
A magistratu quando possit exerceri, *de Fideic.in.Sum.n.246.et seqq.*
Quid in præjudicium Ecclesiæ, vel causæ piæ, *de Fideic. disc.273.n.6.*
Si non est legitimè exequuta, & purificata conditio sub qua fuit concessa, in nihilo suffragatur, *de Empt.disc.47.n.5.*
Et pro justificatione executionis non sufficit sententia cum assertione executoris, *d.disc.47.n.6.*
Bona facit libera, & destruit naturam fideicommissi, *de Fideic.disc. 6.n.4.*
In qualitatibus accidentalibus non tollit substantiam fideicommissi, *d.disc.6 sub n.8.*
Prous restricta ad prohibitionem divisionis, ac modum administrandi non tollit in reliquis substantiam, *de Fideic. d.disc.8. sub n.7.et 10.*
Sublatum etiam dicitur fideicommissum, sed respectu tantùm contrahentis, *de Fideic. disc. 166.n.7.disc.197.n 5.*
Obtenta ex minus vera causa, seu falso præsupposito est nulla, *de Feud.disc.50.n.11.de Regal.disc.4.n.13.*
Quomodo autem cognoscatur quod fuerit subreptitia, vel obreptitiè obtenta, *de Fideic.disc.167.n.2.et seq.vide disc.265.et 266.eod.tit.*
Fideicommissis ascendentium faciliùs derogatur quàm extraneorum, *de Feud.disc.89.n.6.*
Non est concedenda in gratiam extranei, *de Fideic.disc.273.n 17.*
Ad reintegrationem obligat obtinentem derogationem, *de Fideic. disc.157.n.6.et 10.et in Sum.sub n.300.*
Voluntati viventium non solet derogari, *de Feud. disc. 85.n.15.*
Facilius conceditur quam alia gratia, quæ tollam jus creditorum, & de ratione differentiæ, *d. Regal.disc.4.n.14.*
Concedi non solet quando substituti se opponunt, *de Fideic. disc.14. n.5.disc.268.n.1.et seq.*
Re integra est petenda, & priusquam incurratur pęna caducitatis *de Fideic.disc.14.n 3.*
Conceditur ad effectum vendendi tantùm aliqua bona cum ordinatione multiplici, *de Fideic. disc.14.n.6.vide eod.tit.disc. 273.num.16.*
In statu Ecclesiastico faciliùs quàm alibi conceditur, *de Fideic. disc.14.sub n.2.disc.273.n.1.et seq.*
Et quando sit concedenda, vel deneganda, *d.disc.273.per tot.*
Fideicommissi an suffragetur hæredibus illius; qui eam obtinuit, sed non est usus, *de Fideic.disc.265.n.2.et seq. de Cred. disc.42. per tot.*
Permutatio bonorum quando sit concedenda, *de Fideic.disc.273. sub n.18.*
Gratia derogatoria ex quibus censeatur invalida, *de Fideic.disc.265 n.5.disc.256 n.5.et seq.*
Esset nulla, ubi facta non esset mentio prohibitioni Testatoris,

d.disc.265.nu.5.
Defectus formæ non servatæ quando irritet hunc actum, *d. disc 226.n.13.*
Alienationes factæ cum derogatione fideicommissi quando sint validæ, *de Fideic.disc.6.n.4.disc.167.n.5.disc.266.per tot.*
Quomodo sint æstimanda bona in hac specie alienationis, *dict. disc.266.n.15.*
Pro dissolvendo ære alieno gravati possessoris quando sit conducenda, vel deneganda ubi se opponant vocati ad fideicommissum, *de Fideic.268 per tot.*
Vbi non esset extraneus, sed filius non deberet se opponere, *d.disc.268.sub n.2.*
Vide de Fideic.in Sum.ex n.292.Fideicomm.quoad Derogationem Commutatio, Princeps.

DEROGATIO JURISPATRONATUS.

Medietatis vocum facta per Papam nemini præjudicat, *de Jurep. disc. 65.n.35.*
Et anterior prævalet posteriori, *de Jurep.disc.42.n. 2. disc. 71.n.13.*
Non suffragatur si non verificetur haberi medietatem vocum *de Jurep.disc.42.n.3.de Benef.disc.73.n.44.*
Declara, ut sufficiat obtinere voces etiam post gratiam, *de Benef.disc.73.n.45.de Jurep.disc.42.n.4.& 5.disc.71.n.17.& 18.*
Sufficit etiam habere præsentationem unius habentis aliquam partem in media voce, si alii compatroni neminem præsentent, *de Jurep.disc.42.n.6.& 7.*
Fieri solet in permutationibus, & de ratione, *de Benef. disc. 40. sub n.11.& 14.de Jurep.disc.65.n.38.*
Prous in retentione Jurispatronatus cum alio beneficio incompatibili, *de Jurep.disc. 65.n.37.*
Expressa non requiritur in Jurepatronatus Ecclesiastico, sed sufficit implicita, *de Jurep.disc.65.n.18.& 33.& disc.66.n.1.*
Quod etiam procedit in quocumque patronatu obnoxio reservationibus Apostolicis *d.disc.66.n.1.*
Sed ubi facta non fuerit specifica mentio in provisione jurispatronatus non cadentis sub regulis Cancellariæ, provisio corruet, *d.disc.66.n.2.*
Quamvis esset de illis provisionibus, quibus solet de facili derogari, *d.disc.66.n.3.*
Declara, præmissa procedere quatenus Patronatus opponat, aliis provisio substinetur, *d.disc.66.n.6.*
Quomodo possit evitari, *de Jurep.disc. 65.n.40.*
Vide de Iurep.in Sum.ex n.6.& Iuspatronatus quoad Derogationes, Princeps.

DEROGATORIA.

Ad futura Testamenta, *vide Testamentum quoad Revocationem.*

DESCENDENTES.

Ubi sunt vocati intelliguntur omnes, qui descendant ex eodem stipite, *de Fideic.disc.117.n.3.*
Sub eorum vocatione veniunt fœminæ, etiam quod sit contemplata linea masculina, *de Iurep.disc.30.n.5.& 6.disc.22.n.15.*
Posterorum appellatione regulariter veniunt, *de Iurep. disc. 21. num.5.*
Ex cippo an intelligantur descendentes à Patre, vel ab aliis majoribus, *de Fideic.disc.33.n.13.*
Patris iniquitatem, seu culpam quando ferre debeant, *de Fideic. disc.175.n.5.Vide Homicidium, Filii.*
Ut præsentetur ad Iuspatronatus dicitur conditio Juri conformis, *de Iurep.disc.16.n.5.*
Si habent adjectum verbum *hæredes* an illud stet qualificativè, vel ampliativè, *de Jurep disc. 25.n.6.*
Hæreditarium qualitatem habere debent si ipsorum vocatione fit additum verbum *Successores, de Jurep.disc.24.n.6.& seq.* ubi declaratur.
Masculi si vocentur veniunt omnes etiam per cognationem, *de Jurep.disc.29.n.8.& disc.25.n.5.*
Si veniunt per lineam rectam intelligitur de masculis per masculos, *de Jurep.disc.26 n.7.*
Admittendi sunt in dubio etiam ad excludenda loca pia, *de Fideic. disc.41.n.9.*
Ex fœmina quando veniant in concessione immunitatis facta Posteris, *de Fideic.disc.24.n.8.*
Si fœmina est exclusa, ipsi quoque remanent, *de Fideic.disc. 24.n.4. & 5.disc. 26.n.4.* ubi declaratur.
Preferuntur cęteris cognatis vocatis in defectum agnatorum, *de Fideic.disc.146.n.8.*
Quomodo concurrant in Jurepatronatus ubi pluribus ab initio sit reservatum nomine proprio, *de Jurep.disc.32.n.4.*
Fœminarum quando censeantur vocatis fæminis, *de Fideic.disc. 41.n.3.& seq.*
Prædilecti, seu prius honorati præferuntur vocato remotiori de genere minus dilecto, *de Fideic.disc.146.sub n. 10.*
Legitimati, seu legitimi tantùm an veniant sub eorum simplici vocatione, *de Fideic.in Sum.ex n.138.*
Filiorum expressè vocati censentur per vulgarem, *de Fideic. disc. 76.num.3.*
Card. de Luca Reperior.
Verba enunciativa, vel presuppositiva operantur ad eorum favorem, *de Fideic.disc.118.n.7.*
Vide Appellatione Descendentium, Filiorum Appellatione.

DESCENDENTIA.

Quando probata videatur, *de Fideic.disc.106.n.5.*
Quomodo sit probanda, *de Judic.disc.11.n.9.*
Probanda est per gradus distinctos si vocati fuerint proximiores indefinitè, *de Jurep.disc.60.n.34.*
Vide Gradus.
